

~~112~~

Viro Celeberrimo,  
 Leonhardo Euleri,  
 Regiae Academiae Scientiarum  
 Directori,  
 Fautori Summo  
 S. P. D.

Martinus Knutzen

Cum harum litterarum lator, optima spei iuuenis,  
 Cleinowius, ex auditorum meorum numero, de  
 suo itinere Berolinensi me faceret certior, non  
 potui, quin haud interrupta mea venerationis, qua  
 te incredibilem in modum prosequor, testes ~~meos~~  
 hasce litteras eidem comites adiungerem, ac ut <sup>pe</sup> ~~Sapienter~~  
 Virum, adiret, ac de tua salute ac prosperitate  
 me informaret

me informaret, eadem auctor existerem. Si Tuus, Vir  
 Celeberrime, litteris, mihi semper favorissimis, fieri  
 posset, eo major gaudis meo cumulus accederet.  
 Gratissimum mihi etiam foret, si de factis Sche-  
 diasmatis mei de mutabilitate poli certior fieri  
 possem, quod aliquando Novis Academiis vestra  
 actus inferendum esse, nisi fallor, pro Tua in  
 me benevolentia, promissisti.

Quisquam premium magni illius problematis Magneti-  
 tici reportaverit, etiam ex Te scire aures. Ego  
 ulteriori dilucidationes, ut antea constitueram  
 Parisiis non nisi, cum modus ille procedendi  
 & Academiis, de quo me certiore reddidisti,  
 parum mihi spei reliquit, futurum, ut eorum  
 plausus adsequerer, qui attractionem pro occultis  
 qualitate habent. Forsan elaborationem meam  
 illustris

vestra Academiae iudicio aliquando subiecturus sum,  
 quam esquivissem. Ad Per-illustram Praesidem vestram, cui ut data occasione  
 a me salutem ~~ut~~ dicas, rogo, nondum scripsi, quia  
 commentationum quendam ipsi simul offerre confi-  
 tutum habebam, quod tamen ob varias aliarum occupatio-  
 nes perfici haud potuit. Systemate Logico, Typis prope modum  
 iam ~~ex~~scriptum est, huc usque magnam successuarum  
 horarum partem impendere, mihi fuit necessarium. Quam  
 primum illud proditura est in lucem, Truum de  
 eodem iudicium sperare mihi expetere haud intermittere  
 Utinam aurea Tuae commentationes, quarum nobis  
 nuper spem fecisti, prope diem prodirent in lucem!  
 Vale interim Eruditi orbis decus, Fautorum candidissime  
 et me porro tuo favore dignare. Dabam MDCCLVI.  
 d. 31. Martii

P.S. Flottwellius, nescio quibus modis, id obtinuit, ut catalogo  
 professorum, ex quo antea exclusus erat, iterum inferretur operam  
 perdidimus et oleum; bene nobiscum ageret, si eum praecedentis  
 iure, quod ipsi non invidemus, ipsam etiam expectationem  
 munerum ac ordinaris professoris nobis <sup>non</sup> eripiet.  
 Fugitivo Salamo hoc exaravi, cum paulo ante abitum hunc  
 hanc litteram <sup>recepit</sup> suo discessu, me admodum iam occupatum certior reddidit. Excuse.

in Vir  
 fieri  
 redact.  
 sche  
 fieri  
 vestra  
 a m  
 Magna  
 Ego  
 fueram  
 credendi  
 didisti  
 eorum  
 occulta  
 meam  
 iustis